



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum II. Ut mensuræ &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Legem Corneliam de falsis, & docui lib. 3. p. 1. c. 4.

CAPITULUM III. Cùm dilecti &c.

PARAPHRASIS.

Abbas & Monachi Carioci silvam quandam pertinentem ad mensam Capituli Beluacensis à Canonicis quibusdam Ecclesie Beluacensis, in scio Capitulo, emerunt, libris 10. cùm valeret 40. marchis; ea propter Capitulum querelam detulit ad Alexandrum III. is Episcopo Morinensi & Decano Rhemensi causam hanc commisit cum clausula, ut si uterque procedere non posset, alter solus cognosceret, & definiret; postea Decanus in causa ea processit, & cùm per testium depositiones cognovisset, monachos pro silva sibi venditâ, ne dimidiam quidem iusti pretij partem solvisse, venditionem irritam esse pronuntiavit, & silvam Capitulo Beluacensi adjudicavit, Capitulares in possessionem inducens. Verùm Alexander Papa considerans, si res minus, quàm dimidio iusto pretio comparata sit, in emptoris arbitrio esse, num venditionem rescindi, an verò iustum pretium suppleri malit, sententiam Decani cassandam esse pronuntiavit, & silvam monachis restituendam, salva manente Canonicis constitutione, super pretij iniustitiâ, aut non interveniente Capituli consensu, vel si ex alia causa Canonici contra dictos monachos iudicio experiri velint.

SUMMARIUM.

1. Venditori luso ultra dimidiam iusti pretij datur optio rescindendi contractus, vel supplendi pretij.
2. Iudex appellations conformare se debet causa in prima instantia agitata.
3. Potest nonnunquam alio iudicio experiri, qui in uno succubuit.

Kk.

Notan.

maximè indigenis, prout docui in cit. n. 34. sed etiam iudicis officio cogi posse, ut pauperibus necessitatem patientibus secundùm facultatum suarum proportionem, opem præbeant. Idque sumitur ex c. sicut 8. dist. 47. iunctâ G. v. esurientium, ubi ait, tametsi indigentes actione directam non habeant adversus divites, qui abundant, tamen posse eos Ecclesie denunciari, ut ab ipsa compellantur ad subveniendum, prout etiam docui lib. 3. tra. 3. p. 1. c. 1. n. 8. monitione. Ratio dari debet, quia si pauperes gravi premantur necessitate, divites ex præcepto civitatis sub mortali peccato obligantur ad subveniendum, sicuti docui lib. 2. tra. 3. c. 1. imò Clerici beneficiarii, atque Prælati Ecclesiastici ex iustitia obligati sunt, ergo multo magis per Superiores cogi possunt. Eadem ratione, si spirituale periculum hominibus ab hæreticis, aut infidelibus imminet (sicuti hoc tempore) cogi possunt subditi per legitimos Superiores suos, ut secundùm facultatum suarum proportionem ad commune depellendum periculum, quatenus necessitas postulat, contribuant, quandoquidem ad id ex charitatis, & iustitiæ lege obligantur.

CAPITULUM III.

Ut mensuræ &c.

PARAPHRASIS.

Mensuræ, & pondera iusta fieri debent, & qui lucri causâ falsaverint, in pane & aqua per 30. dies penitentiam agere debent. Ita refertur ex Concilio Moguntinensi; tametsi Canon iste in Conciliorum tomis non reperiatur.

NOTANDUM: in antiquis Canonibus penitentiæ cetera, ac determinato tempore duraturæ decreta fuerunt, in foro penitentia; quarum remissio Indulgentia dici solet, prout latius explicavi lib. 5. tra. 7. c. 2. & 3. Porro quòd falsatio in mensuris ac ponderibus inter species criminis falsi numerari debeat, constat ex L. penulti. ff. ad-